

hac diflet à Dioſc. planta Apios appellata. ij. judicent, qui de plantaria facultate dicere & ratiocinari poſſunt. Apii huius nuſquam, quod invenerim, mentionem fecit Galenus in ſimplicium medicamentorum cenſu. Hæc planta non ſecus Latiniſ & Italis Apios, atq; Grecis & αἰός nominatur. At Pſeudoapios: Italis Apio falſo: Germani Erdnüß.

Nomina.

I Tithymalos tuberoſa radice, C. B. Iſchias Theophrasti, Caricam Gaza vertit. Apios, Matth. Dod. gal. Lac. Anguil. Lob. Caſt. Lugd. Taber. Apios vera, Lob. in icon. Tithymalus tuberoſus, Dod. fol. Lugd. qui & Matthioli & Dodonæi figuram exhibet. II. Pſeudoapios, Matth. Apios, Trag. Fuch. Apios Fuchſii, Lugd. Cam. Chamæbalanus, Dod. gal. Taber. Aſtragalus, Turn. quo nomine & Matthio-
lum exhibuiſſe, in prima editione aliqui autumant, cujus figuram ſuo loco repoſuimus. Aſtragalus ar-
venſis, Thal. Terræ glandes, Lob. Dod. fol. Glandes terreſtres, Cluſ. hiſt. Pann. Ornithogalum purpu-
reum, Cordo in Dioſcor. Panis porcinus, Lonicero.

Κολοκύνθις.

COLOCYNTHIS.

CAP. CLXXI.

Colocynthis ſarmenta, foliaq; ſativi cucumeris emittit, per terram repentia, diviſa: fructum in ſpe-
ciem mediocriſ pilæ conglomeratum, vehementer amarum: quem legere oportet, cum cœperit in
pallidum colorem permutari. Medulla fructus purgatoriam vini habet, ſi quatuor oboli cum aqua mul-
ſa, melle cocto, myrrha, & nitro excipiantur, & cogantur in catapotium. A reſectæ pilæ teruntur, & in-
fuſæ clyſteribus profunt nervorum reſolutioni, coxendicum doloribus, & coli vitiiſ, ut quæ bilem, pi-
tuitam, & ſtrigmenta, interdum etiam cruorem eliciant: foetus adinotæ enecant. Dentium dolorem
tollit, ſi una repurgetur, & luto oblita cum aceto & nitro inſerveſcat, hocque jure decocti dentes collu-
antur. Si aqua mulſa, aut paſſum in eadem incoquatur, & ſub dio refrigeſcat, potu craſſum humorem,
& ſtrigmenta alvi detrahet: ſtomacho ſupra modum adverſatur: ſubdita ex ea balano alvi excrementa
ejiciuntur. Virentis ſucco utiliſſimè iſchiadici perfricantur.

COLOCYNTHIS.

Colocynthis planta eſt tam medicis, quàm ſeplſiariis Colocyn-
vulgaris notita. Verùm eſi (ut Meſueſ eſt author) præ-
ſantiſſimum ex ejus fructu parietur medicamentum ad va-
ria morborum genera, ea tamen cordi, jecinori, & ventricu-
lo maximè adverſatur: quin & univerſum perturbat corpus,
faſtidium, & inteſtinorum tormina excitans. Abradit enim
inteſtina, & vaſorum oſcula aperit, adeo ut etiam cruenta
ſepe eliciat. Hinc merito ſit, ut eam dari prohibeant, niſi pri-
us maleſica ejus viſ proſus aboleatur, iis additis antidotiſ,
quæ ad id præſtant: cujuſmodi ſunt illa, quæ ventriculum,
jecur, & cor tui roborare tum tueri poſſunt, & quæ lentore
ſuo glutinandi vim habent. Colocynthis trahit pituitoſa, Colocyn-
craſſa, lentaq; corporis excrementa in remotioribus partibus vires.
deſiſcentia: proinde cerebrum, & nervos expurgat, nec
non etiam muſculos, thoracem, & pulmonem. Eam ob cau-
ſam vertiginofiſ, comitialiſ, reſolutiſ, convulſiſ, hemiera-
nia, diurnoq; capitiſ dolore affectiſ, aſthmaticiſ, & agry-
ſpirantibuſ utiliſ in catapotiiſ exhibetur. Collachryman-
teſ adjuvat oculos, & diurna tuſſi laboranteſ. Eſt præterea
viſ ejus efficax ad omneſ frigidoſ articuloſum doloreſ, præſer-
tim podagriciſ, & iſchiadiciſ: ad quæ non modò in catapo-
tiſ devoratur, ſed etiam clyſteribuſ inſunditur: quibuſ ſanè
nil præſtantiuſ eſt ad coli cruciatuſ ex ſlatu & frigidiſtate pro-
gnatoſ. Pellit aquaſ tam bibita, quàm per ſedem inſuſa. Fit
e Colocynthidiſ fructu oleum, ad retardandam canitiem, de-
nigrandòſ capilloſ, & eorū deſluviū cohibendū, ſi ex-
empra e fructu pulpa, cavitat oleo repleatur, & in cineribuſ
decoquatur. Eodem mulcentur aurium doloreſ, & earum
incerti ſonituſ diſcutiuntur: quinetiam oleo ipſo & felle bu-
bulo interaneorū vermes necantur, ſi ſimul miſceantur, &
calida umbilico illinantur. Colocynthidiſ vires retulit Gale-
nuſ lib. 6. ſimplicium medicamentorum hiſ verbuſ: Colocynthis
vires ex Gal.



gultu amara eſt, ſed quæ amariſſimo medicamento epoto adſunt opera, ea evidenter effecere nequit, ob purgatoriæ ſacul-
tatem, quàm validam in ſe continet, nimirum cum iſ, quæ expurgat, antè & ipſa per alvum excerni prævertens. Viridiſ
ipſuſ ſuccuſ intrit a iſchiadibuſ prodeſt. Κολοκύνθις ſic Greciſ, Latiniſ item Colocynthis, & cucurbita ſylveſtriſ appellatur, Nomina.
Arabibuſ Chandel, Handel ſeu Handal: Italiſ & Hiſpaniſ Coloquintida: Germaniſ Coloquint und Wilder Kürbiſ;
Galliſ Coloquinte & courle ſauvage.

Colocynthidiſ varia habentur genera, alia minor fungoſa & leviſ quæ officinarum eſt: alia minor ob-
longa, vel ſlava, vel candida: alia rotunda varia: alia ſeſſiliſ nigra maculata, magna inſtar Cucurbitæ: &
alia minor: alia deniq; turbinata, ſeu pyriſormiſ. Hic pingitur Colocynthis fructu rotundo major: quæ
Colocynthis, Matth. Fuch. Cord. in Dioſc. (cui & Cucurbita deſerti) Lac. Geſ. hor. Dod. fol. Lob. (cui &
Cucurbita amara Catharctica in iconibuſ) Lon. Lugd. (cui & Arabum plantarum moſ) Caſtor. Cam.
Colocynthis vera, Trag. Colocynthis prima, Dod. gal. Colocynthis maſ, Taber. Coloquintida, Turn.
Anguil. Cucurbita agreſtiſ, Brunf. Cucurbita ſylveſtriſ fructu rotundo, Cæſalpino.

E e e e 2

Επίθυμα.

Epithymon flos est è thymo duriore satyriae simili. Capitula habet tenuia, & levia: & in eis caudiculas, quasi capillamenta. Potum cum melle detrahit pituitam, bilemque atram per inferna. Privatim prodest melancholicis, & inflatis, acetabuli mensura ad quatuor drachmas, cum melle, sale, & aceti exiguo. Plurimum in Cappadocia, & Pamphylia gignitur.

Epithy-
mi cōsid.

I. EPITHYUM.

Epithy-
mum
Græcorū
& Ara-
bum an
differ-
ent?

Multo-
rum opi-
nionem
re-
probata.



In hac equidem opinione versantur complures huius aetatis medici rei herbariae periti, quemadmodum Brasavolus Ferrariensis, ut credant Dioscoridum, aliorumque Græcorum Epithymum magno discrimine ab eo diversum esse, de quo scripserunt Mauritanii, praesertimque ab albo, cuius meminit Mesues. Quippe qui asserant, nil aliud Arabicum epithymum esse, quam capillaris cassutha genus quoddam, quod thymo circumvolvitur. Græcum vero idem esse volunt cum proprio flore duriore thymi satyriae simili. Suam autem sententiam hoc argumento comprobare videntur, quod si vulgaris usus epithymum, Arabicum scilicet illud esset, de quo differit Dioscorides, is non dixisset, Epithymum florem esse duriore thymi, sed alterius plantae thymo adnascentis, eiq. sese convolventis. Id quod etiam Plinii auctoritate confirmant, ut qui eorum opinioni ex eo maxime adstipulari videatur, quod duo Epithymi genera prodiderit li. 26. c. 8. ubi sic inquit: Epithymum est flos è thymo satyriae simili. Differentia, quod hic herbaceus est, alterius thymi albus. Quidam aliter epithymum tradunt sine radice nasci, tenuis similitudine pallioli (rectius forte pili legendum esset) rubens: hac Plinius. Ex quibus utique planum sit, duo esse Epithymi genera: quorum alterum illi ad Græcos, alterum ad Arabas referunt, & ita suam tulerunt sententiam. Horum certe iudicio ego quos, facile subscriberem, nisi quaedam sese nobis offerrent, quae aperte reclamare videntur, atque etiam ostendere, Plinium ipsum Dioscoridis codicem, unde, illa mutuatus est, depravatum habuisse, vel alium auctorem in hoc minus gravem secutum fuisse, vel se ipsum deceptum, ut in aliis compluribus illi venisse adnotavimus. Palam etenim faciunt, quantum equidem veor, nostri usus, & Dioscoridis epithymum, unum & idem esse medicamentum, quae de eo Aëtius, & Aëtuarus, Dioscoridem, & Galenum secuti, concordantes posteritatis memoria prodiderunt, cum ita scribunt: Epithymum atram bilem excernit. Datur adultis tusum & cribro excussum, scrupulorum qua-

tuar pondere, cum passo, vel oxymelite, & salis modico. Vitius stataturgētibz, & praecordiorum noxis opitulatur, & quibus jecur aggravatur, & iis, qui spirandi vexantur difficultate. Quod verò in stabe nascitur, aut in satyriae profilit Epistabe, atq. Epithymum inde appellatum, thymi modo alvum resolvit: sed utrunq. facultate censetur infirmius, haec illi ambo. Quae sanè liquidò ostendunt, quod non secus Epithymum thymbræ, & Epistabæ stabæ innascatur, atque Epithymum in thymo nascitur, vel profilit. Hoc idem praeter Aëtium, & Aëtuarium longè antea testatus est gravissimus author Paulus, Dioscoridis & Galeni sectator acerrimus iis verbis: Epithymum inter ea, quae atram bilem extrahunt, praeflantissimum est remedium. Dantur ipsius drachma quinq. levigata ex lactis hemina. Epithymum verò, quod thymbræ innascitur, epithymo similiter evacuat, sed imbecillius est: Haëtēnus Paulus. Ex his itaq. omnibus non dubitaverim asserere, unum tantum esse epithymum, non autem plura. Quandoquidem si Paulus, Aëtius, & Aëtuarus pro certo non habuissent, legitimum Epithymum esse illum thymi florem, de quo scribit Dioscorides, putaissent q. duo ejus genera reperiri, nulli dubium est, quin & ipsi explicassent duplex in thymo nasci Epithymum. Verum cum compertum haberent, unum & idem esse medicamentum capillamentumq. quod in thymo, thymbro & stabe profilit, inq. nullo radice adminiculo convolvitur, & implicatur, sibi visum est, quod suotempore Epithymum vulgaris notitia medicamentum esset, sat fore declarasse non modò id in thymo gigni, sed etiam stabe, thymbræ, & (ut nos saepe vidimus) in polio, & chamaedry: ut hinc scirent medici, in epithymi defectu, epithymum, vel epistabem substitui posse: quin etiam ut non ignorarent, id capillamentum harum plantarum propriam non esse partem, neque suam habere sedem, sed ascitum quoddam esse exterius adveniens, & in eis profiliens, & vivens. Huiusmodi rationibus adducor, ut non temerè existimem, Dioscoridis codicem, quem Plinius habuit, fuisse (ut diximus) depravatum, & ob id ipsum Plinium deceptum esse: aut hunc aliunde accepisse occasionem, ut duo magno errore faceret Epithymi genera. Quod autem Dioscorides epithymum florem thymi dixerit, haud ineptè dictum putaverim, nam cum is sciret Epithymum thymo innasci, nulla radice propria, sed thymi adminiculo sultum, floresque per se albos ferre, qui cum in thymo sunt, huius plantae proprii videntur, ideo non absurdum fore duxit scribere, Epithymum esse florem duriore thymi. Sed quod Epithymum flores albos ferat, declarasse videtur Dioscorides, cum dicit: Capitula habet tenuia, levia, caudiculas habentia capillorum modo. Siquidem his notis non descripsit Dioscorides thymi, florem superius libro tertio (ut Brasavolus asserit) sed capitulis in cacumine flore purpurascēte refertis, nulla caudicularum, neque capillorum habita mentione. Praeterea conijcere licet, Dioscoridem epithymum thymi florem appellasse, quod à thymo decerpatur eo duntaxat tempore, quo epithymum ipsum largè floret. Nam quod pro epithymo non intellexerit is purpureum thymi florem, hinc perspicuè apparet: quoniam de epithymi vrbibus libro tertio ubi de thymo & ejus floribus egit, nihil in medium protulit, nimirum eam ob causam, quod epithymum propriam thymi particulam non existimaverit esse, sed (ut supra dictum est) ascitum quoddam, ut in arboribus muscu-

muscum, & viscum, quæ tamen legitima arborum partes non sunt, sed viribus & facultate diversa. Huiusmodi rationibus, ut arbitror, ductus Dioscorides, egit de thymo, & ejus floribus libro tertio inter odoratas plantas: de epithymo verò, tanquam de re à thymo diversa disseruit in hoc libro quarto inter dejectoria medicamenta. Similiter de arboribus, quibus viscum innascitur, disputavit libro primo: de ipso autem visco libro tertio cum iis medicamentis, quæ suo lentore glutinant. Adde quòd idem indicare videtur nomen Græcum *ἐπιθυμίου*, quòd Latinis modò sub, modò in significat. Unde nil aliud nobis epithymum infert, quàm in thymo, vel sub thymo. Id quòd flori thymi quomodo convenire possit, non video: ut pote qui non in thymo, neq; sub thymo nascatur, sed super thymo, ea eminentiori parte, quæ capitula emergunt. His alia accedit ratio, quòd cùm scripserit Dioscorides Epithymum plurimum in Cappadocia & Pamphylia gigni, facile colligi potest, ipsum de Epithymo vulgaris usus esse locutum. Quippe si Epithymum propriè thymi sorem esse duxisset, ei sanè opus nò fuisset scribere, quòd magis ijs in locis epithymum copiosum proveniret, quàm alibi: quoniam scripsisse sat erat, oriri epithymum, ubicunq; thymum proveniat, hoc argumento, quòd thymum ubicunq; nascatur, æstate suos edat flores. Epithymum in thymo satyriae simili nos sapissimè legimus prope Goritiam, Salvatino & Gargaro montibus supra Salicanum, qui eo durioris thymi genere copiosè vestiuntur, sed cui epithymum infideat eo tantum tractu, qui ad meridiem spectat. Etsi enim montes illi thymo omni ex parte scatent, nusquam tamen thymi plantas mihi licuit invenire, in quibus Epithymum spectaretur, nisi in amœniore montis parte, ubi herba enata austro persilantur. Quamobrem nil mirum esse debet quòd in Pamphylia, & Cappadocia epithymum frequentissimum proveniat. Sed quoniam tor scio me frustrà huc adduxisse argumenta, quibus meam firmavi sententiam, nisi etiam Plinij auctoritati, quæ nititur Brasavolus, clarior responderem: idcirco illi ita responsum volo, quòd cùm Plinius Dioscoridum mentem, à quo priorem suorum verborum partem sumpsisse videtur, non rectè perceperit, ideo non affirmare, sed dubiè duo fecit Epithymi genera, & aliorum potius, quàm suam opinionem retulit, cùm inquit: Epithymum est sors thymo Satyriae simili. Differentia quòd hic herbaceus est, alterius thymi albus. Quidam aliter epithymum tradunt sine radice nasci, tenuis similitudine pili, &c. Porro verò idem Plinius in ijs verbis errasse deprehenditur, quòd majori, duriori, thymo herbaceum sorem, minori verò album reddiderit, cùm tamen minoris sors purpureus sit, alterius autem modò candidus, modò in candido purpurascens. Hinc itaq; perspicuum sit, tam confusè & inconstanter de epithymo, & thymo tractasse Plinium, ut nihil certi in hac re ex ejus verbis elici possit. Caterum hallucinantur, mea quidem sententia, in Epithymi historia, etiam Monachi illi reverendi, qui in Mesuemi commentarios ediderunt: quippe qui Dioscoridis verba perperam interpretati deprehendantur, etsi ut forte aliis doctiores viderentur, suam in Epithymo sententiam proferant ijs verbis: Certissimè à paucis verus sensus verborum Dioscoridis de epithymo percipitur: nam cùm ipse Dioscorides dicat capitulo de epithymo sors est epithymum thymo satyriae similis, non per hoc intelligit epithymum, scilicet capillamentum thymi esse simile herbæ satyriae, sed asserit illud dictum capillamentum thymi esse simile capillamento satyriae, scilicet thymbræ: quia etiam & supra thymbram generatur huiusmodi capillamentum, sicut supra thymum: hæc Patres illi, in quibus facile cognoscitur horum inanitas quadam jactantia, ne dicam, pace sua, ignorantia, quòd sensus verborum obscuros, claros reddere profiteantur, atque ita subinde, ut mihi videtur, majorem caliginem offundant. Quòd enim Dioscoridis sententia hoc loco evidenter sit, quàm ut exponi debeat, quodq; apertè Monachis resistatur, ejus verba testantur, quæ ita Græce habent: *Ἐπιθυμίου ὅμοιον ἐστὶν ὅμοιος τῇ σάτυρῳ, ποτὲ γὰρ ὁμοίον ἐστὶν ὁμοίον*: hoc est ad verbum: Epithymum thymi est sors durioris & Satyriae similis. His sanè verbis liquet, quòd Dioscorides non comparat Epithymum, quòd flores thymi vocat, flori satyriae, ut Monachi illi male interpretantur.

Epithy-
mum ubi
plurimū.

Plinii
lapses.

Mona-
chorum
expositio
vana.

II. CUSCUTA.

tur, sed illud genitivum *isometes* ad thymum tantum refert:
ita ut thymum, cui Epithymum insidet, satureia simile fa-
ciat. Thymi namque duo habentur genera. Unum majus sa-
tureia simile, in quo epithymum profilit. Alterum minus, re-
nuissimum foliis refertum, in quo nullum nascitur epithymum.
Hoc certe non latebat Dioscoridem: quare ne quispiam for-
tasse putaret utrique thymo epithymum innasci, id tantum
in thymo duriori inveniri prodidit. Sed satis superq; de Epi-
thymo disputatum est: jam medicina reddenda est ratio, & de
ejus viribus agendum. Illud sibi peculiare ascrivit Epithymum
(ut testatum reliquit Mesues in suis simplicibus) quod valen-
tius ceteris medicamentis atram bilem excernit, idq; facile,
& citra ullam molestiam praestat. Efficax est ad morbos cere-
bri, nempe melancholiam, epilepsiam, diuturnos capitis do-
lores, aliasq; atrabiliaris aegritudines. Consert cordis tremo-
ribus, & animi deliquiis. Praeterea cunctis lienis affectibus mi-
re opitulatur: item renum vitium, & hypochondriaca melan-
cholia vexatur. Frequens est epithymi usus: datur enim utilissi-
mè adversus carcinomata, elephantiasin, & ulcera maligna,
& atra: quin & quartana febre detentos liberat. Epithymi
vires brevissimè perstrinxit Galenus libro 6. simplicium me-
dicamentorum, sic inquires: Epithymum thymi facultatem
habet, ad omnia efficacius: exsiccat, & excalsfacit, ordine ter-
tio: haecenus Galenus. Verùm quia Epithymum ob similitu-
dinem mihi ad memoriam revocavit *CASSUTHAM* ita
aperitioribus medicis vocatam, licet officinis, & herbario-
rum vulgo rectius *Cuscuta* nominetur. At cum à veteribus
Gracis nihil, quod constet, de ea memoria proditum sit, hic
locus poscere videtur, ut de ea aliquid differamus. *Cuscuta*
igitur ejus generis est, ut in frutices, & herbas epithymi mo-
do profiliat, & vivat earum adminiculo fulta, nulla radi-
ce nixa, sed velut ab alarum sinu prodeuntibus cirris, capilla-
mentisq; longissimis. Hac statim ab exortu plantarum ra-
mulis

Epithymi
vires ex
Melue,
& Gal.

Cassuthæ
hist & vi-
res.


EEEE 3

Epithymi
vires ex
Mesue,
& Gal.

Castuthq
hif & vi-
res.

Eccc 3

malis



Cassya
Pho.Cuscuta
vires
Matth.

Nomina.

multa se implicat, & adeo crebris involutionibus huius se circumvolvitur, ubi brevi plantas ipsas strangulet, atque enecet. Folia nullis unquam vestigia visitur. Flores tamen tedit albos quam plurimos, quibusdam in capitulis, a quibus semen tenue prodit, sed supervacuum. Cirri rufescunt, vitium capreolis crassitudine, & facie pares. Sunt qui putent, admirabile hoc plantae genus Plinio Cassiam appellari, & proinde eam Cassutham nominant. Is vero lib. 16. capite ultimo, ita scriptum reliquit. Est & in Syria herba, quae vocatur Cassia, non tantum arboribus, sed ipsis etiam spinis circumvolvens sese. Nec pluram Plinius. Ex quibus equidem, quod reperiantur Plinii codices, in quibus Cadyas, non Cassias legitur, quodque hac arboribus tantum, & spinis se circumvolvatur, nostra vero Cuscuta duntaxat herbas, & frutices, non arbores complectatur & irretiat, non ausim affirmare vulgarem Cuscutam esse Plinii Cassiam, praesertim cum in Syria tantum nasci scribat ipse Plinius. Credere praeterea plerique, Cuscutam eandem inesse facultatem, quae & plantis inest, in quibus nascitur. Quorum utique sententiam potius probandam, quam refellendam censeo, argumento quod Epithymum iisdem, Galeni auctoritate, polleat viribus quibus & thymum. Excalfacit Cuscuta ordine primo, siccatur secundo. Absorbet, & quadam cum adstrictione roborat. Fecoris obstructions aperit, infarcti lienis vitia expedit: venas pituitosis, atque biliosis exonerat humoribus: urinam pellit, & regio morbo subvenit. Puerorum febribus auxiliatur: sed diuturno usu ventriculum gravat, quae tamen noxa tollitur, si Anisi momentum adiciatur. Bilem deiecit, praesertim absinthio admixta. In quem usum decoquitur, bibiturque, ejus decocti selibra, cum sacchari sesquuncia. Quod Græci ἐπιθύμιον: Latini quoque, Epithymum dicunt: Mauritanii Efitimo seu Eficemo: Itali Epithimo: Hispani Cabellos seu flores del thomilbo: Galli Teigne de thym. At Cuscuta, Italis Cuscuta: Germani Glachscheiden: Galli couche in icy.

Quemadmodum Thymo circumnascitur capillamentum Cuscutae modo, sic & circa Polium maritimum, Thymbram, Rosmarinum Monspelii observavimus: aliquando & in Hyssopo notare est. Hoc Epithymum dicitur Matthiolo, Lac. Cast. Lug. Cæsal. Tab. Epithymum Græcorum & Arabum, Lob. Lugd. Cassutha minor, Dodonæo historia latina in folio. II. Cuscuta duplex, vel albo vel ruffo colore, quae passim herbis adnascitur, potissimum Vrticæ majori, lupulo, rubo, vepribus, lino: Sic Cytho, Trifolio corniculato: dicitur Cuscuta, Matthiolo, Anguil. Lon. Clus. hist. Pann. Cast. Cæsal. & Orobanchæ Theophrasti: Cassuta, Fuch. Turn. Dod. fol. Lugd. Thal. Cassytha, Dod. gal. (cui & Podagra & Angina lini) Gef. hort. (& Linodesmon) Tab. Cassytha Plinii, Lobel. Androfases, Trago.

Alypum.

ALYPUM.

CAP. CLXXIII.

Conclusa
non legit
Orib.Alypi
coalid.Opinio
quorundam
refutata.Plantæ
diversio-
rum effe-
ctuumAlypi vi-
res ex
Paulo.

Alypon furculosa herba est, subrubra: gracilibus ramulis: tenuibus foliis: flore molli, levi, & copioso: radice [betæ, tenui,] referta acris succo: [semine epithymi.] Gignitur in maritimis, maxime Libyæ, quam largissima, quanquam alibi quoque plurima provenit. Semen atram bilem deiecit, si mensura epithymo paricum sale, & aceto fumatur: verum interanea leviter exulcerat.

Alypum ejusque radix (si Actuarius credimus) nil aliud sanè fuerit, quam officinarum Turpetum, Turbit Arabibus dictum, quod album vocant. Ipse enim suo de compositione medicamentorum libello, ubi minoris paranda Triphera rationem docet (si recte vertit Ruellius) sic inquit: Si hoc medicamento pituita dejectionem moliri insitum, alypum, id est, album turpetum addas. Idem post, ubi de simplicibus medicamentis vomitum cientibus tractavit, ita scribit: Turpetum, quod radix est pituyse, & album alypie, glutinosam detrahit pituitam. Verum quia idem Actuarius, paulo ante Alypum describens, prodidit ejus semen atram bilem per alvum ducere, putare quidam Actuarius alypiam ab alypo differre, quod huius seminis tantum vires reddiderit. Sed

ALYPUM.



is responderi potest, quod cum probè sciret Actuarius aliam vim inesse semini, aliam verò radicibus, proinde de radicibus sub turpeti, de semina sub Alypi nomine differuit. Plantæ enim habentur, quæ alium foliis, alium semine, alium radicibus effectum præbent. Medium herba nobis exemplo erit, quæ, Dioscoridis testimonio, menses sistit, cum tamen ejus semen contrarium efficiat. Quamobrem facile crediderim Alypum, & Alypiam nullis inter se notis distidere: nec modo his rationibus fretus, sed etiam Pauli autoritate: quippe qui libro septimo Alypum inter ea, quæ atram bilem depellunt, commemoravit in verbis: Alypi semen inferius atram purgare bilem pari epithymo mensura, cum sale & aceto, dictum est: intestina verò, si fidem Dioscoridi accommodamus, leviter exulcerat. Est autem, meo iudicio, quæ nunc Alypius vocatur: hæc Paulus. Ex quibus palam est, Paulo nullam inter Alypum, & Alypiam fieri differentiam. Sed hæc dicta sint ad Actuarii mentem, non quidem ad praesentem sententiam nostram, nam cum tantum radices solas, easque in particulas dissectas, nec usquam vivam earum plantam viderim, ex unguibus tantum leonem non iudicabo. Ideoque velim, ut aliorum sit quoque iudicium, & praesertim cum parum referat ad morbos curandos, scire cujus planta turpetum sit radix, cum ejus facultates optimè a medicis perspectæ sint. Ceterum ad nos solam radicem deferri, neque ullum hactenus qui plantam, vel semen ostenderit, me natum fuisse, antea prodideram in commentariis nostris Ita.

stris Italicis lingua conscriptis. Verum hoc tempore Lucas Ghinus vir rei medicae eruditissimus, Pisis herbam hanc pro Alypo ad nos misit, cujus hic picturam damus, qua quidem descriptioni pulchre quadrare deprehenditur. Alypi quod legerim, non meminit Galenus in simplicium medicamentorum censu. Hic de Turpeti viribus nobis differendum esset, nisi superius in Tripolii commentatione, ejus historiam ac facultates latius prosecuti essemus, quam ut adhuc plura dicenda, vel addenda supersint. Herba, quae ἄλυνος Græcè, Alypum quoque, & Alysia Latine dicitur: Italicè Alipo.

Nomina.

Alypum, ut Matthiolus expressit, etiam Lacuna & Lugdunensis exhibent, & sub Alysia Lonicerus: verum perfectiorem adposuimus figuram. Dicitur Alypum montis Ceri, Adver. & Lob. Alypum & Herba terribilis, Tab. Lug. Hippoglossum Valentinum, Clus. hist. Hisp. & Tabernæ montano, qui duas proposuit figuras. Empetrum phacoides in Lugdunensi historia, ubi tres diversæ unius plantæ figuræ exhibentur: non mirum ergo si magnum sit volumen, quod si semel atque iterum hoc contigisset, excusandus foret, cum nemo sit tam solide doctus, quem non aliquando cespitare & labi contingat.

Εμπετρον.

EMPETRUM.

CAP. CLXXIV.

Empetron aliqui Phacoides vocant, nascitur in montibus & maritimis, falso gustu: sed quod proprius terreno fuerit, amarius sentitur. Trahit bilem, pituitam & aquam, si bibatur in jure aliquo aut hydromelite.

Empetri cap. deest in meo exemplari.

Empetri herba faciem nullis prorsus notis depinxit Dioscorides. Unde solo nomine nobis de hac herba potius divinandum esset, quam quod aliquid certi ac perpetui statui possit. Non desunt tamen qui Oedipum se faciunt, & hac Dioscoridis obscura quasi enigmata audeant solvere. Hi siquidem Empetron eam plantam putant esse, quam hodie Romani Funiculum marinum appellant, alii vulgari sermone herba di San Piero. Sed hanc nos superius lib. secundo legitimum esse Crithmum, pluribus probavimus. Porro & ubi nascatur Empetron, & quibus facultatibus sit præditum, Plinius quoque tradidit lib. 27. c. 9. ita ut ea planè à Dioscoride mutuatus deprehendatur. Verum in reddendis medicinis, nominis sortasse similitudine deceptus, quod Empetron Saxifragam esse existimaverit, vires, quas utriusque seorsum tribuit Dioscorides, ipse uni Empetro assignavit, addens huic, quod urinas cieat, & calculos frangat: quæ medicinae saxifraga debentur. Quæ in re Plinium omnino errasse fatendum est. Empetri meminit Galenus lib. 6. simplicium medicamentorum, ubi de ejus viribus in hunc modum disserit: Empetron ad solas purgationes videtur esse commodum, bilem ac pituitam educens. Gustu salsum est: proinde ad alia quoque, ut aris licet, ad quæ pollere ostendimus substantiam salsam. Nominatur item prasoides. Hæc Galenus: qui tamen à Dioscoride in nomenclatura discordat: quandoquidem alter Empetron phacoides a quibusdam vocari prodidit, alter vero prasoides dici ait: Quare non deest suspicio, quin aut horum alter erraverit, aut alterius codex hoc in loco sit depravatus. Non enim video, quomodo rectè idem Empetron simile reddi possit, & lenti & porro, ut illa nomina demonstrant. Quod Græci ἔμπετρον, Latini similiter Empetrum & Calcifragam nominant: Itali Empetro.

Empetri confid.

Plinii error.

Empetri vires ex Gal.

Nomina.

Καπνιστός ἀγρία.

VITIS SYLVESTRIS.

CAP. CLXXV.

Vitis sylvestris sarmenta vitis a modo prælonga emittit, aspera, lignosa, [rimoso cortice,] foliis hortensis solani, longioribus ac latioribus, b muscoso flore & capillaceo: fructu exiguis uvis simili, post maturitatem rubente: rotunda est acinorum facies. Fervescit radix in aqua, & in cyathis duobus vini aqua marina diluti, pota, humorem alvi ciet: ideo hydropicis datur. Ulvæ ejus vitia cutis in facie & maculas omnes expurgant. Enascentes viticulæ, cibi gratia, sale condiuntur.

a Or. ad. ἰσοπέδα. i. vitis uni-feræ. Or. non legit, rimoso cortice. b Orib. legit σαρκώδεις i. race-mos.

Vitis sylvestris cujus imaginem hic appingi curavimus, ita nobis appellanda fuit, non quod omnino Dioscoridæ ἄλυνος ἀγρία eam facere velimus: sed quod plures habeat notas, ac etiam facultates quæ illam representant. Siquidem sarmenta vitis modo emittit, folia habet hortensis Solani, fructum exiguis uvis similem, post maturitatem rubentem, cujus acinorum facies rotunda est. Nam hæc omnia vitis sylvestris sunt indicia. Repugnat tamen florum figura, quod muscosi non sint, nec capillacei, sed racematim coherentes. Verum cum in Oribasii codice, qui ex Dioscoride transcribit, legatur σαρκώδεις non ἰσοπέδες, hoc loco, depravatam esse Dioscoridis lectionem, haud temerè censemus, & præsertim, quod rationi magis consentanea sit Oribasii lectio, quam quæ Dioscoridi (ut puto) depravate legitur. Siquidem nullam scio plantam, fructum uvæ modo proferentem, quæ flores racemosos non fundat, adeo ut omnino stupidus dici possit, qui aliter contendat. Præterea nec illud nobis obstare videtur, quod hæc planta rimoso cortice non sit, cum etiam verbum illud σαρκώδεις in Oribasio non legatur. Adde quoque, quod hæc planta, omnibus suis facultatibus, agresti vitæ bellè correspondeat. Nostra enim mulieres in Hetruria

Vitis sylvestris confid.

Eccc 4

ria



via acinorum succo utuntur ad faciei nitorem, & ad lentigines maculasq; delendas. Nec desunt, qui scriptu mandaverint, sarmentorum & radicum decocto, ex vino albo in operculato fictili parato sanari hydropicos & Regio morbo affectos: quod non solum alvum exolvat, sed urinam quoq; moveat. Quibus rationibus & auctoritatibus fretus (si vel non sit hac planta Dioscoridis *ἄμυλος ἄργις*) non ab re esse nobis visum est, sylvestrem vitem hanc stirpem appellari posse, quousq; novus apparet Dioscorides, qui aliam veriore demonstrat. Nascitur in dumetis, sepibus, sylvis & montibus. Sed quam misere hallucinantur, qui Vit albam nobis vulgò vocatam, quam alterius Clematidis genus esse statumimus, agrestem vitem faciunt, al. is longiori commentatione (Deo permittente) differemus. Theophrastus vitem sylvestrem Attagenam vocasse videtur, lib. 5. cap. ultimo de plantarum historia ubi de somitibus ad ignem concipiendum egit. Antiqua enim atas chalibem fortasse nò experta, ex ligno duriore, & fungoso ignem parabat: ad quod, meo iudicio, sylvestris vitis materies admodum apta fuit. Fuchsius, Tragus, & alii nonnulli, qui in Germania de Styrpium natura & facultatibus scripserunt, agrestem hanc nostram vitem Amaram dulcem appellaverunt, quod mansus sarmentorum cortex primo statim occurso amarus, & deinde paulo post dulcis sentitur, & praesertim si diutius ruminetur. De huius vitis sylvestris viribus scripsit Galenus lib. 6. simpl. medic. his verbis: Vitis agrestis racemi extergendi vim habent, ut ephelus & navos, & id genus omnia in extrema cute existentia curare possint. Sed & adstrictionem quandam extrema germina obrinent, quae & sale condiri assolent. Quae vitis *ἄμυλος ἄργις* Graecis, Vitis sylvestris Latinis vocatur: Vite salvatica Italis.

Vitalba
non est
vitis agr.
Attagene.
Amara
dulcis.
Vitis syl.
vestris
vires ex
Galeo.
Nominat.

10

10

10

10

10

10

Solanum scandens seu Dulcamara, à corticis sapore, C. B. Vitis sylvestris, Matthiolo, Lac. Cast. Cam. Dulcis amara, Trag. Dulcamara, Dod. gal. & fol. cui & Cyclaminus altera Dioscoridis. Dulciamara & Melothron Theophrasti, Lugd. Amara dulcis, Anguil. Gef. hort. Lon. Lobel. (cui & Siliquastrum Pliinii Guilandini & Solanum lignosum) Taber. Amarum dulce Solano somnifico cognatum, Cordo in Diosc. Solanum fruticosum, Gef. hort. Solanum *ἁμύλαρος* Thal. Salicastrum Plinii, Cæsalp. Circæa Monspelienisium, Camerario. Vulgarum flore est cæruleo, reperitur aliquando & albo.

Ἀμύλος λευκός.

VITIS ALBA.

CAP. CLXXVI.

Conclusa non legit Orib. a Drago. *ἄμυλος* & *ἄργις* autem erugat: vitia cutis in facie varosq; lentigines & cicatrices nigras emendat, cum ervo, creta Chia, & feno græco. Eodem effectu prodest decocta in oleo, usq; dum liquecat: fugillata tollit, & reduvias committit: inflammationes discutit illita ex vino: suppurationes rupit: medicamento aptè immiscetur, quod carnem exest: infracta ossa extrahit, trita & imposita. Datur comitialib. in potu drachmæ pondere, quotidie anno toto: prodest attonitis, & vertigine laborantibus, consimiliter assumpta. Contra viperarum ictus pota drachmis duabus, auxiliatur: partus necat: mentem interdum subvertit. Fœminarum locis apposita, partus secundasq; morantes trahit: cit urinam pota. Eclegma ex ea fit cum melle, difficile spirantibus, strangulatu oppressis, tussientibus, vulvis, ruptis & laterum doloribus. Lienem ternis obolis pota ex aceto triginta diebus consumit: illinitur ad eadem cum fico. Ad muliebres quoq; infusus decoquitur, siquidem vulvas purgat, sed abortum facit. Succus è radice vere exprimitur, qui trahit pituitam cum aqua mulsa potus. Ad ploras, & lepras semen efficaciter illinitur. Lactis abundantiam facit succus ejus, si cum tritico decocto sorbeat.

Conclusa
non legit
Orib.
a Drago.
ἄμυλος
& *ἄργις*
autem erugat:
vitia cutis in
facie varosq;
lentigines &
cicatrices nigras
emendat, cum
ervu, creta Chia,
& feno græco.
Eodem effectu
prodest decocta
in oleo, usq;
dum liquecat:
fugillata tollit,
& reduvias com-
mittit: inflama-
tiones discutit
illita ex vino:
suppurationes
rupit: medicamen-
to aptè immiscetur,
quod carnem exest:
infracta ossa
extrahit, trita &
imposita. Datur
comitialib. in
potu drachmæ
pondere, quodi-
e anno toto: prodest
attonitis, & vertigine
laborantibus,
consimiliter assumpta.
Contra viperarum
ictus pota drachmis
duabus, auxiliatur:
partus necat: mentem
interdum subvertit.
Fœminarum locis
apposita, partus
secundasq; morantes
trahit: cit urinam
pota. Eclegma ex ea
fit cum melle, difficile
spirantibus, strangulatu
oppressis, tussientibus,
vulvis, ruptis &
laterum doloribus.
Lienem ternis obolis
pota ex aceto triginta
diebus consumit: illinitur
ad eadem cum fico.
Ad muliebres quoq;
infusus decoquitur,
siquidem vulvas purgat,
sed abortum facit.
Succus è radice vere
exprimitur, qui trahit
pituitam cum aqua
mulsa potus. Ad ploras,
& lepras semen effaci-
ter illinitur. Lactis
abundantiam facit succus
ejus, si cum tritico
decocto sorbeat.

30

30

30

30

30

30

VITIS ALBA.

Vitis al.
hæc cōd. & vitesBryonia
fructu
nigro.

Vitis alba officinis, & herbariis Bryonia nominatur: vulgò mulieribus Cucurbita sylvestris dicitur. Nota omnibus ferè planta est, quod passim secus vias, & propter sepes proveniat. Germinat hac primo statim vere plures aradice emittens viticulas, teneras & hirsutas, quae paulatim adolascens per sepes & frutera, arbusculas scandunt, & suis clavibus, quibus referta sunt, sese cum illis vincunt. Folia profert viridibus proxima, minora tamen, angulosa, aspera scabraq; flores racematim coherentes, colore pallido, & in stellam modum radiantes. Fructum racemosum vinosumq; acinis hortensis solani magnitudine aequalibus, colore primum viridi, & per maturitatem rubro & quandoq; nigro, quem Dioscorides non vidit. Nos hunc in Ungaria, Germania & Bohemia copiosum vidimus: quibus in locis nulla visitur Bryonia, cujus fructus rubescat. Semen in acinis delitescit, glutinoso succo immersum, subrotundum ac paulo acuminatum. Radice nititur grandi vasaq; perenni, carnosa, longitudine plerumq; cubitum excedente. Crassitudine humani femoris, capite multis ceu verrucis tuberoso, ima parte divaricata, colore foris cinereo, & candida & saccosa intus pulpa, amaro & subacri sapore, quinetiam fortiter adstringente; succo madet glutini.

50

50

50

50

50

50

50

50

50

50

50

50

50

50

50

50

50

50

50

50

50

50

50

50

50

50

50

50

50

50

50

50

50

50

50

- glutinoso, odore gravi. Nascitur plurimum propter sepes, itinera & fruteta. Hanc inter sua dejectoria medicamenta repositus Mesues, qui de ea ad sensum scribit. Vitis sylvestris, quod hausta, quemadmodum & Dracunculus, ventriculo, & jejuni noxam inferat, danda non est, nisi aromatum pulvere permixta, addito mastiche, cydonis malis, aut aliis adstringentibus roborantibus, medicamentis. Succus è contrita radice expressus pituitam ejicit, urinam remorantem trahit, & cerebrum mundat: quinetiam pectus, & nervos à pituitosis putridisq; excrementis: viscerum obstructions aperit: renes à calculis expedit: subvenit item vertiginosis comitialibusq;. Praestat opem mirifice tuſſientibus: & induratos tumores resolvit, praesertim lienis si cum vino, & ficibus tusa radix illinatur. Menstrua elidit, & universum purgat uterum, atque etiam fatum expellit, si in ejus decocto insideant semina. Succus fabarum, aut cicerum farina exceptus, maculas in facie, & vulnerum cicatrices emendat, linimenti modo adhibitus. Oleum excavatis ejus radicibus immixsum cineribusq; incoctum, sugillata delet: haftenus Mesues. Præterea mulieres vulva strangulationibus obnoxias mirum in modum juvat, adeo ut eas à strangulatione liberet & sanat. Equidem novi mulierem quotidie ferè per annos hoc morbo vexatam, quæ tandem à quodam vulgari herbario edocta, ut vinum album biberet, in quo vitis alba radici uncia efferbuisset, dormitum itura semel in hebdomade cum hac medicina per annum usa fuisset, optimè ex illo morbo convaluit. Vitis alba meminit Galenus li. 6. simplicium medicamentorum, de ejus viribus ita scribens: Vitis alba, quam & Bryoniam, & Psilotrum vocant, prima quidem germina ab omnibus pro more in vere eduntur, utpote edulium stomacho, eo quod adstringat, gratum. Habent etiam subamarum, & modice acrem adstrictionem: quare & urinam moderatè cient. At radix & abstergentem, & desiccantem & tenuium partium, ac moderatè calidam vim obtinet: quamobrem & lienes induratos liquat, tum epota, tum foris cum ficibus imposita: & psoriam & lepram sanat. Porro fructus ejus racemi speciem praesens, is qui coria tingunt, utilis est. Planta hæc Græcis & ἀνθηρὸν καὶ βρυονία vocatur: Latine Vitis alba: Mauritanis Fesire, Alfesire, Nomina. Fesera sive Alfesera, Nezarthesan seu Nezarhasen: Italis Vite bianca & Zucca salvatica: Germanis Strickwurz und Teuffelstürbſ: Hispanis Nueva & Anorca: Gallis Colubrine & Coultree, aut Feu ardent.

Bryonia
vires ex
Mesue.Bryonia
faculta-
tes Mart.
Vitis albq;
vires ex
Gal.

Nomina.

- Bryonia seu Vitis alba triplex est: alia enim vulgatio, cujus baccae maturae rubrae sunt, radix ex albo flavescit: altera cujus baccae nigricant & radix foris subnigra, interius verò eo pallet colore: tertia quam maculatam seu Creticam vocamus, quæ vulgari minor, cujus folia & punctis albis & striis notantur: fructu est majore, rubro, aliquando unico, aliquando plurimis, ex longo pediculo dependentibus, radix ampla rapæ modo, quæ forinfecus cum vulgari convenit, verum intrinfecus candida, nec circularibus lineis prædita: hujus radices Doctor Doldius Noriberga etiam ad me misit. Bryonia baccis rubris, seu Vitis alba Dioscoridis, C.B. Vitis alba Matthiolo, Fuchſ. Turn. Cordo in Diosc. Anguil. Lac. Ges. hort. Lob. Castor. Bryonia, Trag. Ges. hort. Lonic. Cæſalp. (cui & Melothron Theophrasti) Lugd. Camer. Taber. Bryonia alba, Dod. gal. & f. l. Cordo in histor. Thal. Viticella, Sylvatico. Quæ verò baccis nigris est, dicitur Bryonia nigra seu Vitis nigra Dioscoridis, quam propriè Bryoniam dici Galenus testatur, C.B. Vitis alba fructu nigro, Matthiolo, Castor. Vitis nigra, Cordo in Diosc. Bryonia nigra, Dod. gal. & fol. Cordo in hist. Bryonia baccis nigris, Camerario.

Ἀμπέλως μέλαινα.

VITIS NIGRA.

CAP. CLXXXVII.

Nigra vitis, quam aliqui nigram Bryoniam vocant, folia fert hederæ, smilaceis proxima, sed majora: caules etiam cognatos: capreolis suis arbores, quasi adminicula, comprehendit: fructus racematim coherant, qui inter principia virent, & post maturitatem nigrescunt: radix foris nigra intus buxco colore nitet. Viticulæ quæ primo germinum partu erumpunt, in olerere recipiuntur: menses pellunt, urinas cient, lienem absumunt: vertiginosis, comitialibus, nervorum resolutione tentatis profunt. Radix eadem, quæ vitis alba præstat, sed inefficacius. Folia cū vino exulceratis jumentorum cervicibus commodissime illinuntur: luxatis itidem imponuntur.

Vitis nigra Hetruscū vulgò appellatur Tamaro, corrupto à tamno vocabulo. Sunt enim qui hanc Tamnum, sive Tamum etiam vocent, unde Latine ejus uva Taminia dicta est. Hujus viticula, quæ vere primum è terra erumpunt, quod asparagus similes sint, eorum more decocta, hæc etiam tempestate manduntur, quamvis non eam, quam asparagi, cum palato ineant gratiam. Frequentissima hæc in Hetruria provenit, quin & in Goritiensi comitatu, ubi Martio & Aprili mensibus, ejus cauliculi in fasciculos digesti in foro veneunt ad ciborum usum. Huic tamen, quæ in Italia nascitur, illud tantum objici posse putaverim, quod in uvarum colore ab illa dissidere inveniatur, quam Dioscorides representavit, quod huic uva post maturitatem nigrescant, nostra verò perpetuò rubentes spectentur: cetera enim, meo quidem judicio, inter se maxime conveniunt. Sed illud nihil me movet, neque facit, ut mutare debeat sententiam, & credere hanc aliam esse à Vite nigra, quod viderim in Ungaria & Bohemia (ut in præcedenti commentatione diximus) Bryoniam universam fructum

Vitis ni-
græ con-
sideratio.

Quam ferre omnino nigrum, cum tamen Dioscorides rubri tantum meminerit: quin etiam hoc idem in Sambuco spectatur, ea enim quæ in montibus provenit, rubicundum fructum edit: altera verò ex purpura nigricantem. Videretur quoque Solanum hortense quibusdam in locis uvæ ferre modò nigras, modò rubentes, modò croceas: quandoquidem natura plerumque cum florum, & fructuum colore ludere soleat, ut in uvæ, cerasis, moris, ficibus, prunis, malis, & aliis compluribus perspicuo cernitur. Idcirco nil mirum esse debet, si in Italia Vitis nigra rubentes uvæ proferat, alibi verò nigras, ut in Græcia, Asia, aliisque calidioribus, quod in huiusmodi discrimina sæpenumero cæli ac soli diversitate contingant. Hac igitur ratione fretus, quæ, ni fallor, illam objectionem diluit, non dubitaverim asserere, hanc plantam, cujus etiam hic effigiem pictam damus, esse veram ac genuinam Vitem nigram, quoniam cætera omnes prorsus notæ illi ad stipularem deprehenduntur. Cæterum credidit Leonardus Fuchsius, eam stirpem esse legitimam Vitem nigram, quæ nostris in Hetruria vulgò Vitis alba dicitur, quamque alteram esse Dioscoridis clematidem superius huius libri initio abundè ostendimus. Verum hac ejus opinio nobis pa-
 ce sua plane reprobanda videtur. Siquidem nostra Vitis alba non habet radicem fori nigram, intus buxo colore: non fert fo-
 lia hederae majora, sed potius minora, & per ambitum laciniata: nec semen edit in racemi modum, sed simul compactum,
 nulla cum uvæ similitudine. Adde, quod eadem sua facultate exulcerat. Vitis verò nigra exulceratis boum cervicibus me-
 detur, & luxatis ob adstringentem vim quam habet, utilissimè imponitur. Martinus Guidottinus, Tridentinus Myropola
 & rei plantaria studiosus, scripsit ad me superioribus diebus, nuper a quibusdam fortè fortuna observatum esse, Vitem nigram
 radici vim inesse præstantissimam ad conciliandam venerem, si sub cineribus ferventibus decocta devoretur: immo hoc quoque
 addit, superare hanc cætera auxilia, quæ libidinis flammam accendunt, præter id quod haud ingratum sit edulium. Quibus
 nescio sanè an fides sit adhibenda. Vitis nigra vires paucis perstrinxit Galenus lib. 6. simpl. medic. sic inquit: Vitis nigra,
 vocatur autem hæc propriè brionia, viti alba ad omnia similis, nisi quod imbecillior: hæc Galenus de Vite nigra. Hu-
 jus autem succo (ut est auctor Mesues) nihil valentius ad strumas sanandas, si cum vini, & mellis aequali portione in hau-
 riatur. Præstat ad idem radix quoque, si tusa & melle excepta illinatur. Sed quoniam Vitis tam alba, quam nigra, de qui-
 bus hæcenus dictum est, mihi in mentem eam herbam redegerunt, quæ aliquibus vulgò vocatur BALSAMINA, aliis
 Viticelli, aliis Momordica, aliis Caranza, cum veteribus nihil de ea posteritatis memoria proditum sit, sitque dotibus quam
 plurimis non obscuris prædita, hunc locum opportunum duximus, in quo huius herbe historia pertractetur. Est itaque VIT-
 ICELLA, sive Balsamina, planta quæ prælongis tenuibusque viticulis, ultro citroque reptantibus, proximas tum herbas,

Fuchsi
opin. re-
probata.

Vitis ni-
græ vires
ex Mes.
Viticele
sive Bal-
samina
historia.

II. BALSAMINA.

III. BALSAMINA ALTERA.



tum arbusculas comprehendit: foliis vitis alba, aut vinifera similibus, sed longè minoribus, magisque per ambitum lacini-
 atis: capiteolus tenuibus ex alarum sinu prodeuntibus, quibus sese implicat appositus ad miniculum. Florem promit cucumeri si-
 milem, parvum, colore subluteum: fructum utrinque, turbinatum, qui ovi gallinacei fere faciem repræsentat, cute carnosâ,
 quibusdam acutis bullis rigente, dispaci modo. Huic maturo punicæ color, qui præterea faciliè diluit ultimam maturita-
 tem adeptus. Semen includit Anguria vocata simile, minus tamen, contectum cute crassa, pingui, lubrica, & perquam ru-
 benre. Planta hæc gracili nititur radice, nec citius fructum perficit ac maturat, quam adventante autumno, Augusto &
 Septembri mensibus. Nusquam nisi sata, quod sciam, in Italia provenit: pluribus autem in locis inibi in hortis & fœtilibus
 plantatur & nascitur. Folia vulnera recentia glutinant. Fructus exemplo semine insolanur diu in oleo omphacino, aut
 macerantur eodem in oleo in balneo calentis aquæ, aut equino calente fimo, sitque inde oleum præstantissimum ad arcendas
 vulnerum,

Viticele
vocatæ
vires.

vulnere, mamillarumq; inflammationes, doloresq; mulcendos. Valet idem ad ulceratos inflammatosq; uteros siphone injectum. Doloribus hamorrhoidum mirè auxiliatur: in quem usum macerantur fructus (ut diximus) oleo amygdalino dulci, aut è semine lini expresso, addita ad unamquamq; olei libram, liquida vernicis uncia. Medetur hoc ambustis tam igne quàm aqua. Punctis sauciatisq; nervis utiliter illinitur: quin & vulnere cicatrices tum attenuat, tum etiam prorsus delet, & vesparum ictus sanat. Scribunt recentiorum quidam, steriles mulieres fecundas fieri, si à balneo medicamentis utero conferentibus parato, hoc oleo uteri osculum sibi perunxerit, ac demum suis se junxerint viris. Ramicosis pueris efficax remedium est, si eo locus sapius perungatur. Foliorum pulvis (ut ij affirmant, qui periculū fecerunt) cochlearis menstrua ex plantaginis, sive equiseti decocto intestinorum vulnera sanat. Nec desunt qui eundem pulverem laudibus efferant, ad coli dolores, & intestinorum tormina. Porro illud hic prætereundum non est, ne forte hujusce plantae nomina alicui imponant, quod sunt qui Momordicam etiam appellant Geranii genus quoddam, illud scilicet, quod majora inter cetera folia profert, malva amplitudine, de quo libro tertio in Geraniis abundè disseruimus. Est & alia planta, quam Balsaminam quoq; vocant, sed à præscripta facie longè diversa. Namq; caulis illi est crassus, sesquicubitalis, pinguis, & succo pragnans, in quo numerosi habentur rami abundè vegeti. Folia profert Salicis fere modo longà & in universo ambitu serrata: flores praegrandes purpureos, retrò inflexe caudatos, è quibus poma suboriuntur alterius Balsamina non admodum dissimilia, turbinata, hirsuta, & quæ colore sint primum viridi, & deinde per maturitatem lutescente. Dissiliunt hæc per sese, cum ad ultimam pervenerint maturitatem abjecto semine, quod lenticula faciem exprimit. Radicibus nititur numerosis, crassis acrobustis, sicutur in hortis & ficitibus. Putat quidam (id quod etiam scribunt) isdem esse cum altera viribus, verum nos nullam ejus experientiam habemus. Ceterum faciunt hæc plantæ, quæ suoreptat arborescunt, & tabernacula, attegias, sepès & frutetæ circumvestiunt, ut hic quoq; plantam pariter arborescendentem attexam, quàm VESICARIAM repentem, à fructuum facie recentiores vocant. Cujus historiam descripsimus superius de Solano Halicacabo differentes, ubi ejus imiginem excudendā curavimus. Quæ vitis nigra Latinis, & αἰνιδος μέλαινα Græcis nominatur: Arabibus Fesire sentanim, Fesirefim, Alfesirefim sive Faserjin: Itali Vite nera & Tamaro: Hispanis Congorca. At Momordica seu Viticella: Italis Balsamina, Viticella, Momordica seu Pomo di Gerusalem: Germanis Balsamfrant Männlein: Galli Marveilles. Verum Balsamina altera: Italis Balsamina maggiore sive sumina: Germanis Balsamfrant Weiblein.

Momor-
dica ge-
nus Ge-
ranii.
Balsami-
na altera.

Vesicaria
repens.
Nomina.

I. Bryoniam sylvestrem vocamus, ad imitationem Dioscoridis & Theophrasti, quàm Uvam Tami-
niam Plinius nominavit, & Vitis nigra dicitur Matthiolo, Lac. Anguil. Lugd. Castor. Taber. Vitis syl-
vestris sive Tamus & Salicstrum Plinii, Dod. gal. & fol. Vitis nigra sylvestris, Gef. hort. Vitis vel Bryonia
30 sylvestris & Sigillum beatæ Mariæ, Lob. Tanus & ramus, Gef. hort. Tamarum vulgò, Cæsalp. Malaco-
cissum Damocrati, Gef. libro de hortis Germaniæ. II. Balsamina rotundifolia repens seu mas: Balsami-
na dicitur, quod ex pomis ipsius maris immaturis oleo injectis, in solatione paratur oleum seu Balsa-
mum, ut vocant Chirurghi, ad vulnera consolidanda. Balsamina Matthiolo, Trag. (cui & pomum mirabi-
le) Lac. Gef. hort. appen. Cæsalp. Lugd. cui & Cucurbita Somphos Plinii fortè: Balsamine prima, Fuchf.
Balsamine Carantia dicta, Anguil. Balsamine alia Gefn. hort. Balsamina Cucumerina punicea, Lob.
Balsamina cucumerina, Taber. Balsamina mas, Camer. Charantia, Dod. gal. & fol. (& pomum mi-
rabile vel Hierosolymitanum) Lac. Cucumis puniceus, Cordo in hist. Momordica & Viticella Casto-
ri Durantes. III. Balsamina fœmina, C.B. Balsamina altera, Matth. Trag. Fuchf. Gef. de hort. Anguil.
(cui & herba S. Catharinæ) Castor. Balsaminum, Dod. gal. Lugd. Balsamina Dod. fol. Lugdun. Lonic.
40 cui & Charantia fœmina. Balsamella, Cordo in hist. Balsamina amygdaloides, Gef. ad Cordum: Balsa-
mine vulgò dicta, Gef. de hort. Balsamina fœmina, Camer. Taber. Balsamina fœmina perfici folio, Lob.
Catanance, Cæsalpino.

Meum
& Cat.
ἀνθηλα-
μινά αἰς
πίστον. i.
expensa
velut ala.
a Meū &
Cæsalp.
μὲν φουλά
πίστον ὁ
μοῖα, ὁ
μοῖα μα-
στὰ δὲ αἰς
τὸ καὶ αἰς
ἀνθηλα-
μινά αἰς
δοκίμου
i. folia
quidem
similia fi-
lici ha-
bet, sed
non ex
uno pedi-
culo ve-
lut illa,
verum
multas
propagi-
nes ha-
bent.
Filicis u-
triusque
historia.

πρίστ.

FILAX MAS.

CAP. CLXXVIII.

Filici folia sine caule, sine fructu, sine flore, ex uno pediculo cubitali longitudine exeunt, multifida, &
lateribus a pinnata, subgravi odore: radice per summa cespitum nigra, oblonga, filices multas fun-
dente, subadstringente gustu: nascitur in montibus & saxosis. Radix latas tineas excutit, sumpta dra-
chmis quatuor ex aqua malsa: melius si cum scammonia, aut veratri nigra totidem obolis detur: sed
50 qui sumunt, alia prægustare debent: laborantes lienis incremento recreat. Radix & potu, & illitu cum
axungia, vulneribus sagitta arundinea factis, est auxilio: cujus rei probatio talis fertur. Peribit filax,
quam per ambitum fata copiosior arundo coronet: & contra evanescens abibit arundo, quam obsepi-
ens multa filix in orbem cinxerit.

φύλην πρίστ.

FILIX FOEMINA.

CAP. CLXXIX.

Filix fœmina a foliis est filicis, fureulosis altioribusq; & quæ non singulari, ut illa pediculo fulciantur:
radicibus longis, pluribus, obliquis, quæ ex nigro in luteum flavescent: aliquæ etiamnum rubræ
inveniuntur. Pellunt lata interaneorum animalia, cum melle, eclegmate sumpto: potæ cum vino dra-
60 chmis tribus teretes tineas ejiciunt. Data fœminis sterilitatem faciunt: prægnantibus abortum, si su-
pergrediantur. Farina humidis ulceribus, & cicatrici repugnantibus inspargitur: jumentorum cervici-
bus medetur. Folia recentia in oleribus cocta manduntur, ut ventrem emolliant.

Filicis tam maris, quam fœmina plantas, nemo est, qui non noverit: Mas enim nascitur in montibus & saxosis: quin
etiam alibi umbrosis locis. Fœmina in sylvis & in montib. & fere ubiq; maxime frigido solo. Mas et si (ut Diosc. inquit)
neg, caulem neg, florem, neg, semen profert: certò tamen compertum est à naturalium rerum indagatoribus, semen ferre
filicem

I. FILIX MAS.

II. FILIX FOEMINA.



Filicē avertis foliis inhaerens sed adeo minuscū, ut visum serē fallat. Legitur abscessis prope radicē foliis, & in domo suspensis, substrato lint colo. aut papyro, ad finem Junii, nam circa hoc tempus maturescit. Atqui vulgus id colligi hanc posse credit, nisi nocte festum divi Joannis Baptista praecedente superstitiosis quibusdam admurmuratis verbis, quibus Cacodæmones fugari censei, qui filicis semen custodire creduntur. Sed hac & fabulosa sunt & superstitiosa. Inter filicem marem & arundinem non parva est inimicitia. Utriusq; filicis meminit Theoph. lib. 9. c. 20. de plantarum historia, his verbis: Filix Foemina utilis contra interaneorum animalia lata, melle subacta: & contra tenuia, in vino dulci cum farina hordeacea data. Si mulieribus gravidis detur, abortum facere: si ceteris, steriles in torum reddere ajunt. Differt semina filix à mascula, quod folium unico artu porrectum hac habeat, radicem verò crassam, longam & nigram. Harum igitur vires sterilitati addi-
 xisse natura putatur. Haecenus de filicibus Theophrastus. De in etiam scripsit Plinius lib. 27. cap. 9. sic inquit: Filicis duo genera, nec florem habent, nec semen. Pterin Graci vocant, alij blechnon, cujus ex una radice complures exeunt filices, bina etiam cubita longitudine excedentes, non graves odore. Hanc marem existimant. Alterum genus thelypterin Graci vocant, alij nymphæam pterin. Est autem singularis atq; non fruticosa (forte rectius non singularis atq; fruticosa) brevior, molliorq; & densior, foliis ad radicem canaliculatis. Utriusq; radice sues pinguescunt. Folia utriusq; lateribus pinnata, unde nomen Graci imposuere. Radices utriusq; longæ, in obliquum, nigrae, præcipue cum in aruere: sicari autem eas sole oportet. Nascuntur ubiq; sed maxime frigido solo. Effodi debent Vergiliis occidentibus. Uti radices in tritu tantum, neq; ante neq; postea, pellunt interaneorum animalia: ex his ptentias cum melle, ceteras ex vino dulci triduo pota. Utraq; stomacho mutilissima. Alvum solvit, primò bilem trahens, mox aquam: melius ptentias cum scammonij pari pondere. Radix ejus duum obolorum pondere ex aqua, post unius diei abstinentiam, bibitur, melle prægustato, contra rheumatismos Neu-
 tra danda semini, quoniam gravidis abortum, ceteris verò sterilitatem facit. Farina earum ulceribus terris inspargitur, jumentorum quoq; cervicibus. Folia cimicem necant, serpentem non recipiunt. Et lib. 18. cap. 6. idem de Filice hac scripta reliquit. Filix biennio moritur, si frondem agere non patiaris. Id efficacissime contingit germinantis ramus baculo decussus: succus enim ex ipsa defluens necat radices. Ajunt & circa solstitium avulsas non renasci, nec arundine sectas, aut ex aratras vomeri arundine impositas. Filicem utriusq; prodidit Galenus lib. 8. simplicium medicamentorum, ubi de earum viribus in hunc modum differit. Filix mas radicem habet maxime utilem: latum enim lumbricum interficit, si quis eam quatuor drachmarum pondere in aqua mulsâ sumpserit. Ad eundem modum foetum vivum quidem necare, mortuum autem ejicere mirum non est: est enim amara, paulum habens adstrictionis. Quamobrem ulceribus imposita valenter desiccandi facultatem obtinet, non tamen mordax est. Similem ei vim habet Thelypteris nominata. Planta Gracis ὄψις ἡ γὰρ ὀψι-
 gior, Latinis Filix appellatur: Arabibus Sarax seu Sarachis: Italis Felce: Germanis Baldsarn: Hispanis Helecho yerva: 60
 Gallis Osmonda regale seu Fengiere masle. At Filix foemina, Gracis ὄψις ἡ γὰρ ὀψι-
 gior, Latinis Filix appellatur: Arabibus Sarax seu Sarachis: Italis Felce: Germanis Baldsarn: Hispanis Helecho yerva: 60
 Gallis Osmonda regale seu Fengiere masle. At Filix foemina, Gracis ὄψις ἡ γὰρ ὀψι-

Filicis
 hist. & vi-
 res ex
 Theoph.

Filicis
 descri-
 ptio ex
 Plin.

Filicis
 stru-
 ctusq;
 vires ex
 Gal.

Nomina.

I. Filix mas dentata, C.B. Filix mas Matthioli, Fuchf. Dodon. gal. & fol. Lonic. Lugd. Castor. Lob. Taber. Filix, Brunf. Turn. Filix mascula, Cordo in Dioscor. & histor. Filix mas secunda, Thal. Filix foemina aspera, Gef. hort. appen. Filix foemina, Gefner. hort. Cæsal. Filix sylvestris seu vulgaris, Trag. Quæ de semine dicuntur, nec commentitia sunt, nec superstitiosa, in historia explicanda. II. Filix foemina dentata, C.B. Filix foemina, Matthioli, Fuchf. Dodon. gal. & fol. Lacun. Castor. Lugdunen. Filix foemina secunda, Thal. Filicula petræa foemina dentata, Taber. Peridion masculum, Cordo in historia.

Pol.

Filicula nascitur in muscosis petris, & vetustis arborum caudicibus, præsertim quercuum, palmi altitudine, filici similis, subhirsuta, non tenui perinde divisura. Radix pilosa, in qua continentur cirri ceu polyporum, crassitudine digiti minimi, coloris intus herbacei, austera aliquantum, & gustu subdulcis. Purgandi vim habet. Coquitur cum gallina, aut piscibus, aut beta, aut malva, ad alvum solvendam. Aridæ farina aquæ mulsæ inspersa, detrahit bilem & piritam: trita luxatis efficaciter illinitur, & adversus rimas, quæ inter digitos sunt.

a Med &
Cat. de
v. i. quercu-
cum.

10 I. FILICULA SEU POLY-
podium.

II. POLYPODIUM AL-
terum.



Polypodium Latinis Filicula nuncupatur. Recentiores medici, atque etiam officina Græcorum nomen retinent. Eius duore. Polypo-
peruntur genera. Alterum [palmari altitudine assurgit, filici similis, subhirsuta, & robustioribus foliis, adversa parte diu cōstā,
fulvescentibus maculis respersis: caulem, florem fructumque, nullum profert. Radicibus nititur per summa cespitum vagan-
tibus, polyporum piscium cirris similibus, unde illi nomen. Fibris pilisq, propè innumeris refertis, colore exterius subfulve-
scente, interius verò viridi, sapore dulci, & austero simul: de quo hic Dioscorides differit, omnibus notum est, quod ubiq,
locorum frequēs proveniat, in muscosis petris, & vetustis arborum caudicibus, præsertim quercuum. Alterum verò non nisi
paucis cognitum esse reor, folio aspleni quā dantenus amulo sed longiore, viridiorē: magisq, per ambitum laciniato: radi-
ce priori simili, graciliore tamen paulo: hoc plurimum nascitur in montium sylvis. Nos copiosum vidimus, l. gimusq, qui-
busdam in montibus, per quos iter breve ac compendiosum faciunt, qui Goritia Labacum contendunt. Prætulit Mesues fili-
culam, quæ in quercuum caudicibus gignitur, quod ea, quæ solo, aut muscosis lapidibus innascitur, suo quodam exube-
rante incoctōq, humore maxime ventriculo sit noxia, quodq, ipsum flatibus repleat, ac etiam subvertat. Id quod postea in
universum de omni Filicula subjunxit, dicens: Polypodium inter ea recensetur medicamentum, quæ vel maxime corpora
exiccant & extenuant: subversionem & nauseam facit. In quo tamen Mesui refragatur doctissimus Manardus Ferrari-
ensis, asserens, quod Polypodium, cum imbecilliter leviterq, purget, corpora extenuare non possit: addens se certò scire,
quod idem per se exhibitum, nullam stomacho inferat injuriam. Proinde Averroes in hoc magis ad stipulandum censeat,
quàm alteri: quandoquidem Averroes author est, Polypodium tatum esse medicamentum, & epithymo præstantius. Poly-
podium (ut testatur reliquit Actuarius in lib. de compos. medic.) bilem, & præsertim atram & piritam extrahit. Dan-
tur purgata radice seni scrupuli adfusa aqua mulsa. Mediocriter verò alvum citat, & circa molestiam, tum in gallinaceo
jure, tum in cremore prisanæ coctæ radix. Polypodio facultatem duntaxat assignavit Gal. lib. 8 simpl. medicamentorum
in verbis: Polypodium dulcem simul & austeram habet vincentem qualitatem, ut facultas sit admodum desiccantis. ci-
tra morsum tamen: hæc Galenus. Ex quibus sanè satis constare posse arbitror, Mesuem rectè dixisse, & in hoc immeritò à
Manardo reprehensum fuisse. Nam quod Polypodium abundè exiccet, Galenus testis est gravissimus. Ex quo cur etiam
efficaciter extenuare non possit (ut inquit Mesues) non equidem video. Quare potius adducor, ut in hoc opinio Manardi
aliouī celebris, mihi planè reprobanda videatur. Πολυπόδιον quod Græci, Latinis similiter Polypodium & Filicula vo-
catur: Mauritanis Bisberg, Aibeig sive Bessaigi: Italis Polipodio: Germanis Engelsfuss/ Baumfarn und Dropffwurz:
Hispanis Filipodio & Polipodio: Gallis Polypode.

Polypo-
dii vires
ex Actua-
rio.

Polypo-
dii facultas
ex Gal.

Nomina.

F fff

Polypo-

Polypodium et si in ruderibus saxosis ad radices Fagorum, Corylorum, & aliarum proveniat, præfer-
tur tamen quercinum : & quod in antiquis & cædvis falicibus reperitur gustu amarius & sylvaticum
cenfetur. Filicula, Matthiolo : Polypodium, Brunf. Trag. Fuchf. Turn. Lac. Dod. gal. Cordo in hist. Gef.
hort. Lob. Lonic. Thal. Cast. Camer. Cæfalp. & Fidicula Gazæ apud Theophrastum : Polypodium ma-
jus, Dod. fol. Polypodium primum & Felicula Catoni, Lugd. Polypodium secundum, Tab. Herba ra-
dioli, Apuleii. II. Polypodium alterum, Matthiolo, Lac. Lugdun. Polypodium primum, Taber. Po-
lypodium minus, Dodonæo historia Latina in folio.

Δρυοπίτης.

DRYOPTERIS.

CAP. CLXXX.

Meum
p. & ex-
p. i. i.
postquā
corpus
exudavit,
Dryo-
pteridis,
confid.

DRyopteris nascitur in veterum quercuum musco, filici similis, multò minore foliorum incisura: ra-
dicibus invicem implexis, hirsutis, gustu acerbis, in dulcedinem vergentibus. Philothrum est cum
radicib. trita: illinitur enim primū a usq; dum sudorem evocet, mox sudor abluatur, & recens imponitur.

DRYOPTERIS.



Dryo-
pteridis
facult. ex
Gal.

Nomina.

Non aliud Græcis significat Dryopteris, quàm filix in
quercubus nascens, quòd filix hac in annosis muscosisq;
(ut Dioscorides inquit) quercubus proveniat, foliis filicem ad
unguem referentibus. Nascitur etiam humenti solo, & inter
vepres, circa quercuum caudices: eam siquidem ipse in Goriti-
ensi agro pluribus in locis inveni extra quercuum caudices ena-
tam, nullis repugnantibus notā. Dryopteris iū, qui sylvas inge-
ntes frequentant, notissima est. Dantur Dryopteris radices in pul-
verem contritæ, & cum surfuribus mistæ, addito salis & sulphu-
ris momento, equis devoranda adversus intestinorum vermes.
Namq; potenter illos expellunt & interimunt. Dryopteridis me-
minit Galenus lib. 6. simplicium medicamentorum, ejus facul-
tates referens, his verbis: Dryopteris gustu mistam facultatem
præfert, dulcem, acrem, amaram: in radice verò item acerbam.
Facultatem habet septicam, proinde etiam pilis glabram cutem
efficit. Quæ Δρυοπίτης Græcè, Dryopteris item & Filix quercus
Latine dicitur: Italis Felce quercina: Germanis Baumfarn:
Gallis Fuchiere des chesnes.

Dryopteris Matthiolo in minoribus iconibus,
Brunf. Cordo in Diosc. Gef. hort. app. Lob. Lug. Dryo-
pteris candida, Dodon. gal. & fol. Pteridion fœmina,
Cordo in hist. Filicula petræa fœmina prima, Tab. Fi-
licis genus parvum in montibus, Cæsalpino.

I. CNICUS.

Κνικος. CNICUS. CAP. CLXXXII.

Me. mi-
n. i.
crassus, &
recte
quidem,
cum nul-
la sit in
foliis
asperitas.



Cnici
confid.

Cartamū
offic.

Cnici de-
lineatio,
Matth.

CNicus foliis constat oblongis, per ambitum divi-
sis, & asperis, spinosis: caule sesquipedali: capitu-
lo magnitudine grandis olivæ: flore croci: semine can-
dido, alioqui rufo, longo, anguloso. Hujus flore in ob-
soniis utuntur. Seminis tusti, & expressi succus, cum a-
qua mulsa, vel jure gallinacei, alvum purgat: sed sto-
macho adversatur. Ex eo autem sunt ossiculæ, quas pla-
centulas vocant, adjectis succo amygdalis, nitro, aniso
& melle decocto, quæ alvum emolliunt. Hæ in partes
quatuor finduntur, quæ nucis juglandis magnitudi-
nem impleant: & quibus ante cœnam duas vel tres
sumpsisse satis est. Ratio temperandi hæc est. Cnici can-
didi sextarius, amygdalarum tostorum & delibata-
rum cyathi tres, anisi sextarius unus, aphronitri drach-
ma una, cum carnibus triginta caricarum. Seminis suc-
cus lac cogit, & magis ipsum resoluendæ alvi facultate
donat.

Sunt in Italia, qui Cnicum Crocum Saracenicum appel-
lent, quòd ejus flore plerunque croci loco rura utantur: ta-
met si officina Mauritanos secuta Cartamum vocent. Cni-
cus (ut author est Theophrastus lib. 6. cap. 4. de plantarum hi-
storia) duorum est generum, sativum unum, alterum sylve-
stre, ut latius libro tertio in Attaculidii mentione retulimus.
Porro in usum medicina semen tantum venit. Qui nostris in
agris & hortis seritur, singularem emittit caulem, sesquipe-
dalem, & quandoq; majorem, teretem, rectum ex cæso albi-
scentem striatumq;, durum atq; lignosum: rami a medio cau-
le co-
le co-